



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Calvniae Tredecimae Svmma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

At quid hoc: nōne non solū Apocryphū, sed plus, quam
 falsissimū erit, Petrū Romā secūdo Claudij anno venisse,
 ibiq; viginti quinq; annis episcopatum tenuisse? Cui⁹ Lu
 cas in tā præsantissima diligētissimaq; historia nullā mētio
 nē facit, qui dubio procul, si tunc Romæ fuisset, nō hoc to
 to biennio ociosus complicatis, vt dicitur, manib⁹ illic se
 diffet, vel saltē nō sic delituisset, quin a Paulo vel Luca cō
 spici, inueniriq; interdū potuerit.

CALVMNIAE TREDECIMAE SVMMMA.

Lucas Euangelista, gestorum apostolicorū scriptor, &
 totius peregrinationis Paulinæ comes indiuisus (cui⁹
 historia ad ea tempora, quibus vincus e hierosolymis
 Paulus Romam perductus, ibiq; in conducto a milite custo
 ditus est, peruenit) copiose meminit, quomodo fratres, q; eo
 tempore Romæ fuerant, ad appij forum, paulo venerint ob
 uiam, quomodo triū dierū euoluto spacio, Iudæos ad se ac
 citos coram habuerit, quomodo collocutus cum eis fuerit,
 & eosdem confutauerit, ac singula prosequitur ordinatim.
 Nullam tamen alicubi mentionem de petro facit, an vel al
 loquio Paulum aliquando dignatus fuisset hoc biennio to
 to, vel quid rerum Petrus Romæ fecisset interim, dum pau
 lus ardentissime dei verbum ibidem prædicasset. Ip quod
 haud dubie ne lucas siluisset, nec prætermisisset Petr⁹, mo
 do tunc fuisset Romæ.

RESPONSIO.

HAEC calūnia si roboris alicui⁹ esset, æqua facilitate col
 ligerem, alia plurima nunq̄ esse facta, quæ tamen reue
 ra fuerant. Quid enim Lucas de ihs, quæ toto illo bi
 ennio Paulus egit, memorat, nisi summati & q; paucissimis
 verbis? Mansit (inquit) Paulus biennio toto in suo cōducto
 & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad ipsum, prædi
 cans regnum dei, ac docens quæ sunt de domino Iesu, cum
 omni fiducia, nemine prohibente, haften⁹ ipse lucas. Neq;
 aliud quicq; de toto hoc biennio narrat. Nihil de illis omni
 no dixit, quos ex domo Cæsaris magna sibi necessitudine cō
 iūxit paul⁹ quorū etiā nomine philippēses ausus est salutare.

Actuum vlti.